

tunc lugubrem domum et madentes parietes flumine lacrimarum. Unusquisque nostrum, in quo loco consedisset, inditia mesti pectoris relinquebat, cum ille vir piissimus nos merentes consolari studeret, verba beati Ambrosii recolens ita dicentis¹: 'Non ita actenus inter vos vixi, ut me pudeat vivere, nec mori timeo, quia bonum dominum habemus'. Et ad semet ipsum rediens gaudebat de securitate suę conscientię, illud memorans divine scripturę²: 'Licet non omnes sint filii, qui flagellantur, nullus tamen, qui non flagelletur'. Aduit et tunc religiosi papę Clementis pia visitatio et domni Laurentii archipraesulis conlocutionis non dissimilis relevatio, quid! infinita. Transierunt illi dies absque ullius letitię amminiculo. Paschali vero sabbato mundo apparente Odilo beatus sustinens et non lasescens de suo stratu surrexit nobisque mirantibus ad oratorium sancti Pauli se ferre praecepit. Quę ibi vota praecum vel quas³ persolverit actiones hymnorum, testis est dominus Iesus, cui supplicavit. Inde domum repetens die ipso gaudentibus cunctis ad officium misse processit et cum fratribus ad prandendum laetus discubuit. Diem magni triumphi Dei et hominis Iesu Christi festivo tripudio sollempnizavit ac demum quinto eiusdem festivitatis⁴ die roboratus apostolicis benedictionibus Romuleam urbem reliquit et per Italiam vadens, peragratis quoque Ligurie seu Emilie partibus, Gallorumque fines revisit et Cluniaco rediit⁵. Quia vero non ignarus erat tempus suę resolutionis iam instare, per novenos atque denos menses, quos istic superegit, ferventes in spiritali exercitio ultra vires duravit, quousque temporis a Domino prefixi die⁶ exemptus a vita pro dignis laboribus aeterna recipere meruit proemia.

2.

Auf fol. 124' beginnt der Planctus des Jotsald, auf den eine Reihe anderer Gedichte mit Miniumüberschriften auf Odilo folgen. Hier hat die Totenklage am Ende noch vier Hexameter mehr, als in den Drucken der Bibl. Cluniac. col. 329 und von Migne 142, col. 1043 ff. Es folgt ein Gedicht in elf Distichen an Souvigny, die Grabstätte des Majolus und Odilo, in gereimten Versen, von denen der Pentameter am Schluss die Anfangsworte des Hexameters aufnimmt. Das sich daran schliessende Epitaph Odilos enthält sechs Distichen. Den Schluss bildet wieder ein langes Klagegedicht von achtundzwanzig Tetrastichen; jede Zeile zählt acht Silben; von den Versen reimen sich je zwei oder auch alle vier. Nur in den Strophen 9 und 20 sind die drei letzten Verse durch reine Reime, der erste mit ihnen durch Assonanz ver-

1) Vit. Ambrosii auct. Paulino c. 45. 2) Cf. Hebr. 12, 7. 3) 'quę' hs.
4) 23. April. 5) 1047, Ende Mai — Anf. Juni. 6) 1049, 1. Jan.